

EMBLEMA XII.

Privilegia non faciliè danda.

XII.

*Ne detrahe molle capistrum:
Est iterum frenare labor.*

Cùm semel admisit leges, ac frena momordit,
Nunquam vincla nimis detrahe mitis equo:
Sed consueta tene molli ad præsepia loro;
Nec discat toto ludere liber agro.
Paret, & in gyros pressis agitur habenis,
Sessoremque suum fert patienter equus.
At simul excussit nullo prohibente capistrum,
Præcipiti fertur lata per arua gradu.
Nec faciliè exutas iterum patietur habenas,
Nec faciliè, vt nuper, terga premenda dabit.
Sic est cum populo: sequitur patiturque regentem,

Cùm